



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Corneli[i] Cvrt[i] Augustiniani Erem. De Clavis
Dominicis Liber**

Curtius, Cornelius

Monaci, 1622


Caput X. Clavorum figura incerta. Credibile eos acutos, τετραπλεύρονς,
longos fuisse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11735

148 F. CORN. CURTI
oculis memoriâque su-
stulerunt. Donec femi-
narum immortale decus
Helena, divino instinctu
ea conquistavit, invenit,
& eo, quem supra no-
tavi, modo disper-
tivit.

CAPUT X.


*CLAVORUM figura incer-
ta. Credibile eos acutos, τε-
τραπλεύρους, longos
fuisse.*

 T nihil quod ad
CLAVOS spectat,
desideretur, eo-
rum quoque figura hic
delineanda est. Obtusos
fuisse


fuisse quidam, dicunt,
quia nunc tales videntur:
sed obtusum his quoque
ingenium esse dicerem,
si modestè liceret. nam
quis credat semper eos
intactos, ad nos usque
pervenisse? non abra-
sse, non fregisse priorum
tam piorum erga Reli-
quias venerationem? Si
quid fidei dare potest cor
nostræ Claræ, in eo fer-
rei CLAVI acuti reperti
sunt. Sed rotundine an
quadrati fuerint, magis
in dubio est. Hæret hîc
mibi aqua. Rotundos fu-
isse luce clarius est, si
Mallonio credim⁹, quod

150 F. CORN. CURTI
ex sacrâ sindone mani-
festū esse vult, quæ vul-
nera tam manuū, quàm
pedum Christi rotunda
ostendit. rotundæ autem
plagæ arguere videntur.
CLAVORVUM quoque ro-
tunditatem. Sed Mallo-
nius si nos audiverit, lu-
cem suam pati ecclipsin
advertet : nos enim illi
negare audebimus Chri-
sti sindonem vulnera ro-
tunda ostendere. ille o-
culos suos testes infalli-
biles adducet : nos eum
rogabimus, ut rationem
comitem adhibeat : atq;
hæc arguet sacrum san-
guinem in sindone vul-
nerum

DE CLAVIS DOM. I 5 I
nerum hæc signa tinx-
isse, qui guttatim fluens
aut stillans non nisi ro-
tundas maculas reliquit.
& ROMA CLAVUM figurâ
τετράπλευρον habet, cu-
jus hæc verissima
expressio est.



H 3 Quid



Quid e H

li
fle
pi
du
de
lec
po
le
Qu
inc
du
gu
na
lur
nit
iff
Pa
inf
ma

Quid si demus hoc illi, vulnera rotunda fuisse? Viden' CLAVI capitellum cavum, rotundum? hoc in manus pedesque gravissimis malleorum ictibus inflatum potuit, immò debuit tale sui signum imprimere. Qui τρισηλον ξυλον Crucem indignant, CLAVUM pedum ceteris majorẽ effingunt. effingunt, inquam, nam in scriptoribus nullum ejus vestigium invenitur. Grandes verò fuisse & longos præter SS. Patres etiam ratio ipsa insinuat, videlicet, qui manus pedesque & trun-

154 F. CORN. CURTI
cum penetrare, corpus
deinde sustentare debe-
bant, ut ne manus à tan-
to pondere dilaceraren-
tur. Unde Brigitta Reve-
lat. lib. 2. cap. 21. *CLAVI,*
inquit, *longè ultra Crucis*
stipitem protendebātur. Hoc
quoque confirmat curi-
osa Thomæ incredulitas,
Nisi mittam digitum meum
in locum CLAVORUM; &
Christi vocantis benigni-
tas: *Infer digitum tuum*
huc. Si enim vulnera di-
gitum admittebant, pa-
tet non exiguos fuisse
CLAVOS, qui hæc
fecerant.

CA-